



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 40. Codex Justiniani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. quidem offendit se indicat Monacho-  
A.C. 534. rum ex Scythia importunitate, at nec  
eorum Personas, nec Propositionem,  
quam affirmabant, damnat; econtra Jo-  
annes Papa hanc Propositionem specia-  
tum approbat, & Monachos Acemetas  
eam rejicientes excommunicat.

## §. XL.

*Codex Justiniani.*

*L. 8. Cod. de Sanct. Trin.* **J**ustinianus Imperator, acceptam Papæ  
Epistolam suo Codici, quem decima  
quinta Nov. ejusdem anni 534. secundo  
promulgari jussit, inseruit. Sub initium  
Imperii sui Leges Romanas corrigere ag-  
gressus primo Codicem, id est, Selecta-  
rum Constitutionum ab Imperatoribus  
Antecessoribus suis editorum Collectio-  
*L. 1. de no. Cod. fac. l. 2. ibid.* nem concinnari jussit. Id præcepit an-  
no 528. cumque opus istud esset perfe-  
ctum, anno sequenti 529. promulgavit.  
Deinde Codicem ex omnibus utilioribus  
veterum Jurisconsultorum libris confici,  
& Excerpta in Titulos distribui curavit.  
Huic Operi Nomen Digesta seu Pande-  
tas dedit. Id fieri mandavit 15. Dec.  
530. & postquam opus fuit absolutum,  
illud confirmavit, & 16. Dec. 533. pro-  
*L. 1. de vet. Jur. in l. 3. ibid.* mulgari curavit. Tum jubente Justi-  
niano Institutiones compositæ, quæ pro  
introductione ad hos libros essent. Et  
iterum Codice suo emendari jussò alte-  
ram

ram ejusdem Editionem in lucem dedit Sæculum VI.  
hoc anno 534. Ea est, quam hodieque A. C. 534.  
habemus. Ad hos Libros concinnandos  
opera celeberrimorum suæ ætatis Juris-  
consultorum, & ex optimatibus præci-  
puorum usus est. Hos inter Tribonia-  
nus Exactor, id est, quasi Cancellarius,  
primus habet. Is erat quidem Doctis-  
simus, sed sordide avarus. Justitiam ac- *Procop. l.*  
cepto auro vendebat; Leges quotidie *Pers. c. 24. 25*  
condebat, quotidie abolebat, ut privato-  
rum, si cui forte favebat, utilitas exige-  
bat. In conversatione blandus & fa- *Suiv. v.*  
cundus Justiniano assentabatur, spondens *Tribon.*  
Principi, nunquam esse moriturum; nam  
paganus erat vel certe nulla Religione,  
& a fide Christiana remotissimus. Hæc  
forte causa fuit, quod aliqua Paganæ su-  
perstitionis vestigia in scriptis antiquo-  
rum Jurisconsultorum, ex quibus Dige-  
sta collegit, reliquerit.

### §. XLI.

#### *Concilia in Gallia.*

Circa illud tempus Joannes Papa S. Cæ-  
sarii Arelatensis, & quorundam a-  
liorum Galliæ Episcoporum accepit Epi-  
stolas in Causa Contumeliosi Episcopi *ep. 4. 5. 6.*  
Rejensis, multorum criminum propria  
confessione convicti. Rescripsit Papa E-  
pistolas tres, unam ad S. Cæsarium, ad  
Episcopos alteram, & tertiam ad Cleri-